



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Historiae Societatis Iesv ... Pars**

Everardvs / Avctore R. P. Francisco Sacchino Societatis Eivsdem Sacerdote

**Orlandini, Nicola**

**Insvlis, M.DC.LXI.**

Goswinvs Nickel Societatis Iesv Præpositvs Generalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98283)

GOSWINVS NICKEL  
SOCIETATIS IESV

PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVM Quartam Partem Historiarum Societatis IESV ( siue Euerardum ) à Patre Francisco Sacchino eiusdem Societatis Sacerdote olim conscriptam aliquot nostri Theologi recognouerint , & in lucem edi posse probauerint , facultatem facimus , vt typis mandetur , si ita ijs , ad quos spectat , videbitur : cuius rei gratia has literas manu nostra subscriptas , sigilloque nostro munitas damus. Romæ. 8. Sept. 1652.

Gosvvinus Nickel.

REVERENDISSIME PATER.

**L**Egi, in su Tuo, Historiarum Societatis IESV Partem Quartam, ab Anno Domini 1573. ad 1580. reperique graui, & eleganti stylo conscriptam, clarissimisque religioforum virtutum exemplis, ad posterorum eruditionem, refertissimam. Cumque in ea omnia prorsus, sine vlla Orthodoxæ Fidei, sanæ doctrinæ, atque optimorum morum iniuriâ decurrant; non solum publicæ luce, sed & omnium commendatione dignissimam censeo. Romæ, ex Aedibus S. Mariæ in Campitello die 15. Martij 1650.

Hippolytus Marracius Congregationis Cleric. Regul.  
Matris Dei, manu propria.

CVM Sanctissimus D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sacra Congregatione S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hætenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeferi approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam; benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem; cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes auctorem. Huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi, obseruantia, & reuerentia, qua par est, insistendo; profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc Libro refero, accipere,